

verba legitime de presenti in facie ecclesie^{a)} servatis servandis^{b)} contraxerunt illudque carnali copula^{c)} consumarunt. Cum^{d)} autem, sicut eadem petitio subiungebat, postea^{d)} ad eorum notitiam pervenerit^{e)}, se^{f)} quarto consanguinitatis gradu invicem fore^{g)} coniunctos et propterea in huiusmodi matrimonio remanere nequeunt^{h)}, dispensatione super hoc apostolica non obtenta, et^{g)}, si divortium fieret inter eos, gravia damna et scandala possent exinde verisimiliter exoririⁱ⁾, pro parte dictorum^{k)} lantgravii et domicelle nobis fuit^{l)} humiliter supplicatum^{m)}, ut super hoc eis de oportune dispensationis gratia providere de benignitate apostolicaⁿ⁾ dignaremur. Nos^{o)} igitur, qui libenter Christi fidelibus quietis et pacis commoda procuramus cupientes eorundem lantgravii et domicelle animarum in premissis providere saluti ac predictis damnis et scandalis, quantum cum deo possumus, salubriter obviare, ex premissis et aliis causis nobis expositis huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tue, de qua in hiis et aliis specialem in domino fiduciam obtinemus^{o)}, cum eisdem lantgravio et domicelle, ut asserunt^{p)}, propter longam distantiam loci, in quo venerabilis frater noster Iohannes archiepiscopus Maguntinensis, cui^{q)} esset in hoc casu scribendum^{q)}, ut communiter residet^{r)}, a loco residentie ipsorum lantgravii et domicelle, ac inimicitias, quas ipse lantgravius cum diversis proceribus et potentibus illarum partium ut frequenter habet^{s)}, ad eundem archiepiscopum tutus non patet^{t)} accessus nec non etiam dicti lantgravius et domicella ipsum archiepiscopum ex certis legitimis causis merito habeant^{u)} in hac parte suspectum, per^{v)} apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, si est ita^{v)} dictaque domicella propter hoc rapta non fuerit^{w)}, cum eisdem lantgravio et domicella, ut impedimento, quod ex consanguinitate huiusmodi provenit, non obstante in dicto matrimonio remanere libere et licite valeant, auctoritate apostolica dispenses^{x)}, prolem ex huiusmodi matrimonio susceptam et suscipiendam legitimam nuntiando. Datum Luce sexto decimo kalendas martii anno secundo.

25

67.

Der Großpönitentiar Antonius Bischof von Palestrina erteilt auf Grund eines päpstlichen Befehls dem Bischof von Halberstadt denselben Auftrag.

Lucca, 1408 Febr. 14.

*Hdschr.: Or. Perg. Gemeinschaftl. Archiv Weimar Reg. D pag. 11 No. 14c. Das S. an gedrehten leinenen Schnüren.
Anm.: Vgl. No. 66.*

30 Venerabili in Christo patri . . . dei gratia episcopo Halberstadensi vel eius vicario in spiritualibus Antonius miseratione divina episcopus Penestrinus salutem et sinceram in domino caritatem. Ex parte illustris principis domini Frederici lantgravii Thuringie et

35 66. a) in facie ecclesie fehlt C. b) publice Zusatz B. c) carnali copula A C. per carnis copulam B. d) Cum — postea A. Postmodum vero B. Sed postea C. e) pervenit B. pervenerat C. f) quod B. g) fore — et A C. sunt coniuncti, verum quia B. h) nequibant C. i) ac Zusatz C. k) ipsorum C. l) fuit fehlt C. m) supplicato C. n) de benign. apost. fehlt C. o) Nos — obtinemus A. Nos tunc per alias nostras litteras tibi C. p) asserebant C. q) cui — scribendum fehlt C. r) residebat C. s) habebat C. t) pateret C. u) haberent C. v) per — ita A. dedimus in mandatis, ut si esset ita C. w) foret C. x) dispensares C.